

## ARGUMENTVM II

Calidórus meretricem ádulescens Phoenícium  
 Ecflíctim deperíbat nummorum índigus.  
 Eándem miles, quí uiginti múlierem  
 Minís mercatus ábiit, soluit quíndecim,  
 Scortúm reliquit ád lenonem, ac sýmbolum, 5  
 Vt, qui áttulisset sígnum simile cétero  
 Cum prétio, secum auéheret emptam múlierem.  
 Mox míssus ut prehéndat scortum a mílite  
 Venít calator mílitaris. húncc dolis  
 Adgréditur adulescéntis seruos Pseúdolus 10  
 Tamquám lenonis átriensis, sýmbolum  
 Aufért minasque quínque acceptas mútuas

*Arg. II in solo A manu alia scriptum (cf. Studemundus de act. Stichi temp. p. 24) plenius quam Loewius legit A. Maius: cuius supplementa adieci, errores apertos omisi*

1. CALIDORUS A: post eam vocem nil legere potuit Maius, post circiter 4 litterarum spatium M dispexit Loewius: meretricem adulescens Phoenicium supplet Ritschelius, scortum iuuenis Phoenicium Maius: res incerta, cum post Calidorus nec meretrice nec scortu loco conveniat
2. ECFLICTIM probabilius esse quam EFFLICTIM censet Loewius
- DEPERIBAT et INDIGUS A
3. MULIEREM (incerta septima littera) A
4. MINIS A De abit videtur cogitare Loewius Anal. p. 153
- soluit Ritschelius. ABSOLUIT A
- quindecim. Scortum Maius
5. RELIQUID A
- LENONEM A
6. SIGNUMSIMILE A
7. CUMPRÆTIO A
- MULIEREM legit Maius: cuius vocis umbram tantum dispexit Loewius
8. MISSUS Maius: eiusdem vocis umbram vidit Loewius utprehendat Bugge Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 251.
- ADPRAEHENDIT A. ad prendendum Ritschelius et, nisi quod praehendendum, Maius. ad repetendum Opitzius l. s. s. p. 226
- SCORTUAMILITE Maius legit: s . . . AMILITE Loewius
9. Post MILITARIS nil legit Loewius, HUNC Maius: unde hunc dolis Bugge Philol. vol. XXXI (a. 1872) p. 251, itidem Bergkii Op. vol. I p. 675. eum dolis Ritschelius. hunc artibus Maius
10. ADULISCENTIS A
- SERUUS A
- Adgreditur seruos adulescentis Opitzius l. s. s. p. 205 adn.
11. TAMQUAM et praeter umbras quasdam vocis LENONIS nihil legit Loewius: reliqua suppeditat Maius
12. Aufert Maius. ADFERT A
- MINASQUE Ritschelius. MINAS A
- ACCEPTAS MUTUAS A teste Maio: post